



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De actuali dispositione pro communione vel Missa dicenda. Cap. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

CAPUT TERTIUM.

Qua requirantur ante Communionem vel Missam.

12. **D**uo requiruntur, vita bona, & variæ deuotio[n]es, seu deuotæ piæ præparatio[n]es. Quamvis enim sanctissima Eucharistia suscipi soleat, etiam post vitam malam, bona confessio[n]e expiatam, hoc in loco pro iis tantum haec monita seu consilia, scribuntur, qui diuino beneficio à peccatis mortalibus abstinent, & piè vivunt. Id quod explicandum est, quâ præparatio[n]e seu dispositione huiusmodi persona ad sanctissimam Eucharistiam, vel Missam accedere debeant, ut in iis sanctissima Eucharistia copio[n]es suos effectus relinquat. Dico ergo duo ad hoc illis necessaria esse.

Primò. Vita bona.

Secondò. Deuotio[n]es varias.

13. **V**ita bona, et si remota, est tamen solida dispositio ad Eucharistiam, deuotio[n]es vero sunt dispositio[n]es propinquæ. Bonitas vita necessaria ad recipiendos eximiens fructus sanctissimæ Eucharistie, duo requirit.

Primò. Puritatem corporis & animæ talem, vel acquisitam, vel magno conatu desideratam, qualis est alibi à me delcripta, cum variis gradibus suis. Ad cuius complementum, conducunt monita à me data, de modis abolendi peccata venialia, & alia de modis evadendi penas purgatorij.

Secondò. Requirit conatum quandam spiritualem, qui vita nostra accedit, tum ex operibus ordinariis, eo modo peragi solitis, qui explicatus est in Opusculo de Præsentia Dei, & in Opusculo de Negotiatione coelesti, tum ex operibus supererogationis, quæ vltro adhiberi solent, ad Deum sanctius colendum, vii sunt opera externa mortificationis sensuum, frequens oratio, eleemosyna, & alia opera pietatis. Ad vtrumque autem conducunt monita data in Opusculo de curâ minimorum. Quod si quis Dei ope afflicctus est.

Tertiò. Priuilegia quæ Deus largitur fidelibus suis seruis (explicata à me in peculiari Opusculo) accedens ad sanctissimam Eucharistiam, vel Missam, cum optimo animæ sua ornato acceder, & percipiet valde copiosos fructus huius diuinissimi Sacramenti, quod, ut docent Theologi, plures effectus & præstantiores confert iis, qui cum ratiore gratia internâ habituali & actuali dispositio[n]e ad illud accidunt. Huc spe[ci]at modus viuendi, secundum monita data in opusculo, de negotiatione coelesti, qui viuendi modus, insignis est ornatus animæ ac dispositio ad sanctissimam Eucharistiam. Sed fere omnium optima dispositio est, vita exornata.

Quartò. Renuntiationibus separato Opusculo explicatis. Qui enim pro Deo priuando se rebus amori proprio iucundis, eas perfectè & ex corde renuntiauerit, experietur procul dubio, magnam Dei erga se liberalitatem in sanctissima Eucharistia, quia cum eximio animæ sua ornato ad sanctissimam Eucharistiam accedit, & tali, quo vix maior in hac vita esse posse.

Secundum quod requiritur ad bene communicandum, vel sacrificium Eucharistie offerendum, sunt variæ denotiones, id est, variæ piæ considerationes, intellectus & p[re]i affectus voluntatis, qui tanquam magis propinquæ dispositio[n]es, variis modis à vite spirituali Magistris propounderuntur. Meum consilium est, ut quisque illum sequatur modum, quo se magis sentit excitari ad pietatem, seu Dei, & rerum diuinatum gustum & amorem. Sicut enim non omnes cibi aquæ omnium palato placent & gustui, nec omnes omnium ventriculo sunt accommodati, sed vnu[us] vni, alter alterius, ita & spirituales doctrinae ac monita, & piæ considerationes & affectus, non omnes omnibus artident. Ego eos hic proponam, qui mihi videntur magis utiles, & vberem affectuum ac meritorum materia continententes.

CAPUT QVARTVM.

De actuali dispositio[n]e pro Communione vel Missâ dicenda.

LQuar hoc capite de illâ dispositio[n]e, quæ ante inchoatum sacrificium Missæ præmitti debet, postea capite nono agam de dispositio[n]e qua adhibenda est, immediate ante suscep[tionem] sanctissimæ Eucharistie, post dictum ter: *Domine non sum dignus.*

Primò, ob reverentiam Dei in Eucharistie recipiendi mundo corpore, præfertim manib[us] accedendum est ad sacrum altare. Si enim Sa- Leu.11.6 cerdotes Leuitici, sacrificia Molæta oblatur, ex Dei præscripto debebant lotionem corporis præmittere, & populus vesci non potuit rebus sanctificatis, nisi priùs aquâ carnem suam lauisset, cum tamen sacrificia & Sacraenta legis veteris, fuerint infirma & egena elementa: & neminem potuerint iuxta conscientiam perfectum facere, nec unquam auferre peccata; sed tantum erat umbra futurorum bonorum; Quantid[em] magis decet, ad nouæ legis sacrificium & Sacraenta accidere, purgata a sordibus, etiam corporeis, carne, Christi corpus sanguinem, animam, & diuinitatem, sacramentaliter & realiter intrare receptura, & diu intra se incarnatum Deum conservatura.

Secundò, Præmittenda preces Ecclesiastice Officij dimini, scilicet Matutinum, Laudis, & saltem

tem prima, si post ortum solis Missa dicenda sit, & alia, si tardius dici debet.

17. *Tertiū.* Si per tempus & occupationes licebit, præmittenda erunt aliae spontaneæ preces, iuxta vniuersitatemque devotionem, sive ex Missali vel Diurno, sive ex alto pio libello petite, pro hac ipsa te ab Ecclesiasticis scriptoribus composite, exemplo, sum aliorum sanctorum, tum Casij Narniensis Episcopi, hanc ob tem landati à S. Gregorio Papa. Mihi ex preces placent, in quibus petatur à diuinis personis, & à sanctis gratiæ & cum eximio fructu accedendi ad sanctissimam Eucharistiam, vel eius sacrificium. Exempli gratiâ, posset peti, eti breuiter, sed ardentius hoc modo.

A Deo Pare, Vt det tibi Filium suum in sanctissima Eucharistia cum illo affectu, & illa cœlum donorum copia, cum qua eum dedit B.V. Maria in Christi Incarnatione.

18. *A Deo Filio,* Vt se tibi cum eo affectu, & cum ea celestium gratiarum plenitudine, communicet in sanctissima Eucharistia, cum qua se communicauit Matri suæ, in sua Incarnatione.

A Spiritu Sancto Deo, vt ita te præparet ac disponat ad recipientium, sanctissimam Eucharistiam, & vt per eam tantum donorum suorum tibi largatur, quemadmodum præparauit & dispositus corpus & animam B.V. ad Christi cœptionem, & quantum per eam illi attulit cœlum donorum.

A Beataissima Virgine Maria pete, vt tibi impletantur amorem erga Deum, in sanctissima Eucharistia recipiendum, quanto cum profecutus est, dum eum in suis vlias gestaret.

A SS. Angelis, tantam pete Reuerentiam, cum quanta seruierunt Domino Deo in hac vita, & nunc seruunt in celo.

A SS. Animabus pete, vt tibi impetrant tam devotionem & tantam abundantiam virtutum, cum quanta illa in carne mortali viuentis sanctissimam Eucharistiam suscepserunt in Communione Laica, vel oblatione Missæ sacrificij.

Denuo à Christi humanitate pete, vt se tibi cœmiceret cum eo affectu, cum quo suscepit carnem nostram, & cum quo eam pro nobis morti exposuit, & cum ea virtutum plenitudine, quæ quam maximè respondeat efficacia meritorum vita, passionis & mortis eius, vt per hanc plenitudinem virtutum, tua humanitas reddatur, quam sumillima sanctitati humanitatis Christi, & tu sis membrum proportionatum, quam maximè capiti tuo, siquidem ille est caput nostrum; & corpora nostra membra Christi, & nos sumus membra corporis eius, de carne eius, & ossibus eius: præterea, membra nostra templum sunt Spiritus sancti. Quocirca summa sanctitate & puritate nitescere debent.

19. *Quandipremittenda Sacramentalis Confessio.* Opus. Tom. 2.

sio, si conscientia maculata sit aliquo peccato, etiam veniali alicuius momenti, exemplo S. Caroli Borromæi, qui quotidie ante sacrum confitebatur. Vt & B. Franciscus Borgia, & B. Ludovicus Bertrandus, & exemplo S. Ignatij, qui Missam dicere ausus non est, nisi præmissa huius solius rei Confessione, quod erratum cuiusdam, tribus patribus aperuisse, cum duo ad remedium adhibendum sufficerent, & ramen is erat qui deliquerat, vi uno illo errato diuulgato, nihil eius existimat apud tertium illum Patrem ledetur. Ita Ribadi. in l. 5. c. 6. Vitâ S. Patris. Certe si domum nostram quisquam diues aut propotens amicus intraret, inquit S. Gregorius, omni festinantiâ domus tua mundaretur, ne Euang. quid fortasse esset, quod oculos amici intrantis offendere. Tergat ergo sordes prauis operis, qui Deo parat dominum mentis.

20. *Quintū.* Ad tollendam vel totam vel partem penitentia (peccatis quoad culpam remissis debita) querenda est aliqua indulgentia ex iis quae à Sede Apostolicâ concessæ sunt, certis vel coronis vel precibus, quia purior erit anima, si etiam ab obligatione poenitentia liberata, ex toto vel ex parte, recipiet fontem puritatis & sanctimonie Iesum Deum. Ideoque capacior erit ad recipientia eius dona maiora, si huic puritati acquirendæ studuerit eo fine, vt eum dignius recipiat, & iucundius ei præparet habitaculum in corpore & anima sua.

21. Porro modi Indulgentias acquitendi possunt esse hi; Gregorius XIII. concessit cuilibet Sacerdoti dicenti infra scripta verba, Indulgentiam 50. annorum.

Ego volo celebrare Missam, & confidere Corpus & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, iuxta ritum Sancte Romane Ecclesie, ad laudem Omnipotentis Dei, totiusq; curia triumphans: & ad utilitatem quoque meam, totiusq; curia militantis: pro omnibus quæ se commendarunt orationibus meis in genere & in specie, & pro felici statu Sancte Romane Ecclesie. Amen. Gaudium cum pace, emendationem vita, statum vera penitentiam, gratiam & consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis Omnipotens & Misericors Dominus.

22. Qui è Societas Iesu sunt (vt & alij Religiosi mendicantes) dicendo Psalmum: Misereere mei Deus, consequuntur Indulgentiam plenariam per communicationem Priviliorum, ex concessione Xisti IV. & Iulij II. Compend. Priu.

Præterea ex concessione Xisti IV. consequuntur indulgentiam undecim milium annorum, Qui ante imaginem Beatissimæ Virginis Mariae, de sole nuncupatam, deuotè dicent hanc orationem:

23. Aue Sanctissima Maria, Mater Dei, Regina cœli, Porta Paradisi, Domina Mundi, pura singularis tu es virgo: tu concepsisti Iesum sine peccato; tu peperisti creatorem & Salvatorem mundi, in quem non dubito: libera me ab omni malo, & ora pro peccatis meis. Amen.

Et Alexander VI. A. 1494. concessit 30. milium annorum Indulgencias, dicenti ter ante imaginem Sanctae Annae & Deiparae, & eius filij, hanc Orationem: *Ave gratia plena, Dominus tecum, tua gratia sit tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta Anna Mater tua, ex qua sine macula & peccato processisti, Virgo Maria ex te autem natus est Iesus Christus Filius Dei vivi. Amen.*

Concessit Ioannes XXII. 300. dies Indulg. recitanti orationem: *Antina Christi Sanctifica me; Corpus Christi salua me. Sanguis Christi inebria me: O bone Iesu exaudi me: Intratua vulnera absconde me: Ne permittas me separari a te: Ab hoste maligno defende me: In hora mortis mea voca me: & iube me venire ad te: Ut cum sanctis tuis laudem te in secula seculorum: Amen.*

Sexto, valde procurandum est, ut cum magno feroore accedas ad sacrificium Missæ, illudque offeras: quia eo maiores effectus suis communicat Eucharistia, & vt Sacramentum, & vt sacrificium, quid maiore devotionis fere uore suscipitur vel offeratur, vt docet S. Thomas. Hic autem deuotionis feroor, querendus est, tum per invocationem auxilii diuini (per quod nobis communicatur) tum per pias considerations seu Meditationes, et si non longas, breves certe, sed cum magna mentis applicatione, & serla ponderatione factas, iuxta illud Sancti Spiritus dictum: *Et in meditatione mea exaradescebit ignis.*

CAPVT QVINTVM.

Considerationes pie ante Missam.

26. **P**rimò, Confidera, te vna cum Christo ipso (Trid. less. 22. c. 1. Tb. 3. p. q. 13. a. 3. ad 1. h. 8. in Matth.) Tranquam principali Sacerdote, (ratione sua humanitatis) Sanctissima Trinitati sacrificaturum (vt docet Concilium Tridentinū & Theologum cum S. Thoma) Non sunt humana virtutis opera hec, que proponuntur, qui tunc ipsa fecit in illa cana idem ea nunc quoque facit, nos ministrorum tenemus locum, qui vero sanctificat ea, & immutat ipsa est, inquit S. Chrysostomus. Hec est illa mensa, inquit idem ibidem, & minus nihil habet, non enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit, verum & hanc ipse quoque. Cum ergo Christus vt homo, inuisibiliter cum summo feroore, hoc sacrificium offerat, æquum est, & te eius in eadem numero oblatione externâ, ministrum, summo feroore visibiliter, idem sacrificium offerre, & in illo, Christi corpus recipere, aliisque dum opus est, distribuere, & per illud applicare & distribuere fructum meritorum Christi, tibi & aliis: cuius fructus quantitas, respondet quantitatati devotionis & ferooris, vt ait S. Thomas loco citato.

27. **S**econdo, Confidera, te in sacrificio Missæ, fungi officio legati, missi à tota Ecclesia militante, & ea quæ est in Purgatorio, & ea quæ est in

cælo, missi ad tractanda summi momenti negotia, cum sanctissima Trinitate, publico totius Ecclesie nomine. Ideo iuxta decretum Concilij less. 21. Tridentini, Missa in quâ solus Sacerdos com- cap. 6. municat, censeri debet communis, non tantum eius nomine priuato oblata, sed nomine totius Ecclesie Dei grauissima negotia, divinæ Maiestati per sacerdotem proponentis. Hæc autem sunt negotia.

Primo, per hoc sacrificium offertur Deo tributum, cuius oblatione illum recognoscimus tanquam supremum rerum omnium Dominum, cui omnes creaturae subiecta sunt, tanquam suo Creatori, Imperatori, Domino: omnes sunt tanquam nihil in conspectu illius, summæ Maiestatis. Hinc in Missa dicimus consecratur corpus & languinæ Domini: *Hanc igitur oblationem seruitus nostra &c. Opus ergo magno fero, vt hæc recognitio supremi dominij, & nostri summi nihil, fiat proportionata infinita illi Maiestati, quam in sacrificio agnoscimus, reveremur, & adoramus profundissime, laudamusque & bendicimus eius infinitam excellentiam.*

Secondo, per hoc sacrificium redditur gratiarum actio diuina Maiestati, pro omnibus beneficiis eius, quæ vt author naturæ, & gratiae, & gloriae, ab æterno amatis creaturis suis, in tempore tribuit hucusque, ab initio mundi, & deinceps tribuer. Inter quæ cōputanda sunt Christi humanitati concepta, & omnibus Sanctis eius: quam ob causam in Missa quavis dicimus: *Dignum & iustum est, nos tibi semper & ubique gratias agere. Et, vt dicitur in Concilio Tridentino, less. 22. Gratias agimus pro victoriis Sanctorum, quoniam in eorum memoriam Missam dicimus.*

Cum ergo sit penè innumeræ moles omnium beneficiorum concessorum, præsertim Christi humanitati, & Sanctis eius, & alii per tot secula, & per tam vastam mundi totius amplitudinem, etiam per res ratione carentes, & vita fontis; magnam esse oportet amplitudinem ferioris in hoc sacrificio, vt corresponeat amplitudini innumerorum & eximiorum beneficiorum Dei, præteriorum, præsentium, & futurorum, nam & pro his, tanquam prædictis ad futurum tempus, gratias possunt agi, sicut & Christus egit gratias, pro futura Lazarii resuscitatione, antequam ea contigisset.

Tertiò, per hoc sacrificium placatur diuina Maiestas, offensa à tot seculis, & penè innumeris & abominandis hominum tam multorum peccatis, ne propter ea nos puniat, sed potius ab iis nos liberet, & postea ab iis munder, & ab eadignos fructus paenitentie & satisfactionis peccatores conuertere facere faciat, & a futuris preseruet. Quapropter in Missa sacrificio dicimus, offerentes panem consecrandum: *Suscipe sancte Pater &c. hanc immaculatam hostiam, pro innumerabilius peccatis, & offenditionibus meis.* Cum ergo sint tam multa, & valde horrenda in toto mundo